



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Liber XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

M. ANTONII MURET
I. C. AC CIVIS R
VARIARVM LECTIONVM
LIBER VNDECIMVS.

*Emendati loci aliquot ex primo libro Annalium
Taciti ab excessu domini Augusti.*

CAPVT I.

VIRTA iampridem notaueram in Cornelium Tacitum, eaque, ut sole cuim amicis compluribus communi caueram: cogitabamque eum, si datur occasio, edere a multis, studio atque opera mea, errorum macula vindicatum. Sed dum diem ex die dicto, expeditius quod animo conceperam efficiendi atque exquendi maturitatem: ecce tibi Iustus Lipsius adscens eleganti ingenuo prædictis, mihiique dum Romanæ fuit, perfamiliaris, tamdiu sibi cunctandum esse non putauit. Sed cum ipse quoque ex veteribus libris, quos hic naectus erat, multa corressisset, nonnulla etiam acutè, & ingeniose excogitasset, Taciti libros se emendatos, & illustratos publicauit. Qui cum a me perlati essent, eosque vñà ego, & Gibertus Odor Perusinus, quicum ego ante hos duodecim annos Tacitum totum diligenter euolueram, curiose cum ei qui tum à me emendatus erat, conferre, ac contendere coepissimus, deprehendimus ita saepe incurrit utrumque nostrum in eadem vestigia, vt, qui rem non nosset, pleraque sumpsisse alterum ab altero suscipi caremus.

catur. Quam tamen suspicionem & à me, si nihil aliud, temporum ratio facile amolitur: neque cadere in Lipsum sinit fides ipsius, ac probitas, qua illa non minus, quam ingenio excellit. Gaius sum adolescenti, cuius ego crescenti gloriæ plurimum faueo, tantam extitisse mēcum his quoque in rebus consensionem, ac iudicij similitudinem: & tamen paucā quādam in quorum nonnullis non proflus mihi cum illo conuenit, subiicienda duxi, non tam certandi studio, quam propter amorem, ut ait vetus poëta. Primum igitur sub principium libri primi Annalium lego: *Donec gliscente adulazione detererentur, vt Äminius, non deterrerentur, vt Lipsius.* libertate enim aluntur, & gliscunt ingenia: adulatio, qua nihil seruius est, degenerant, & deteruntur. Et autem oratio venustior illa contrariorum contentionē, gliscere enim est crescere: deteri, diminui. Illud, *pluribus munimentis insisteret, iampridem à me ita emendatum erat, codemque modo versus Ennianus apud Ciceronem:*

Nam ibi munimenta mei peperere labores.

Paulo autem infra cum locum ita lego: *Igitur verso cunctū statu, nihil vsquam prisci, & integri moris: omnes, exuta aequalitate, iussa principis aspectare: non vt vulgo, omnis.* Et de Tiberio: *Ne iis quidem annis, qui bau Rhodi, specie secessu, exul egerit: vbi vulgo exultem egenit.* Iam illud: *seruendum feminæ, duobusq; insuper adolescentibus, qui remp. interim premant, quandoque distabant: prorsus integrum esse censeo, hoc sensu: fore ut duo illi adolescentes interim dum imperaturus est Tiberius, remp. premant, q̄tæ eos quoque aliqua ex parte dominos habitura sit: quandoque autem, tampe Tiberio mortuo, quandocumque tandem id futurum*

Muret
Lectiones

L III
Z 5

1

2

3

4

5

6

7

8

futurum sit, eandem distracturi sint. cùm veritatem
sit, fore, vt vterque fautor, & lectatores habeant
quos operam det, vt, summoto altero, ipse in impo-
rium succedat. Tunc igitur remp. in partes, ac
etiones distractum iri. *Quandoque autem ita possum*
est, vt in illo loco libri quinti: Et tu Galba quando-
degustabis imperium. Sed nihil mihi tam præter op-
tionem accidit, quām eam conjecturam, qua in
mihi præcipue placebam, quam eruditissimis homi-
nibus səpissimè ostentaueram, quam, vt filiolam am-
plexabar meam, legendum esse *Gnarum id Cesar,* vñ
ante me omnes nullo sensu legerant, *C. Nauum il Ce-*
sari, eam Lipsio quoque in mentem venisse. Cogitau-
autem idem mihi euenisce, quod multis partibus
dum adultas, & nubiles filias nimium diu domi in-
bent, eisque conditionem querere negligunt, effe-
ciunt interdum, vt ipsæ sibi maritos querant. Sed, vt
vt sit, quoniam de eo Taciti loco multa dicenda sunt,
ea proximo capite exsequemur.

De aliquot aliis ex eodem libro locis.

CAP. II.

CVM secum cogitaret Augustus de Agrippa Postumus
suo ex filia nepote, quem in Insulam Planasiam pro-
icerat, renocando, ac fortassis successore Imperij relinqui-
do, vni ex omnibus amicis consilium hoc suum aperuit Fa-
bio Maximo. Ille quod celare debuerat, Martie uxori ap-
ravit, Martia Liuie: qua cùm ea de re grauiter apud virum
conquesta esset, facile intellexit Augustus, arcanum suum
Fabio proditum esse. Itaque postridie ab eo salutatus, ad
eum resalutavit, vt insiniam obiiceret. Iusit enim eum
vñcavere, id est, sana mente esse. Percusso illico Fabij au-
tum quod erat. Itaque peccati sui conscius, dominum re-
stituit.

dū, moriendi certus, & cum uxore, se garrulitate illius
genitum, conqueri cœpit. Illa contrā, Tua, inquit, prior
ipsa est, qui mecum tamdiu versatus, non cognoueris me
ingenuo esse, ut tacere non possem, neque me celatam ha-
būris id quod taceri, tantopere tua intererat. Sed de te
quidem ipse videris. Ego, si quid peccavi, pœnas à momen-
to exigam. simulq[ue] arrepto gladio, quæ marito mortis cau-
sam preluerat, eadem ei fortiter moriendi dux, & exem-
plar fuit. Ita ferè Plutarchus in commentario ~~de~~
~~ab ab~~ apud quem tamen Postumius pro Postumo,
& pro Fabio Fulvius corruptè legitur. In ea re narran-
da scriptis Tacitus; Gnarum id Cesari: cùm significare
vellet, id Cesari cognitum, ac compertum fuisse.
Nam quod tum alij, tum Dionysius Halicarnasseus in
Thucydide notarunt, solere eum plerunque ad con-
ciliam orationi peregrinitatem, vti vocibus ~~erip-~~
~~entes~~ ~~eripentes~~, & contrā, id ipsum & Tacitus qui
quam maximè Thucydideus esse studuit, facere con-
suevit. Cùm igitur gnarus visitatè dicatur qui scit,
gnarus qui nescit: amat tamen ipse gnarum pro cogni-
tione, ignarum pro incognito dicere. Sic incautum iter di-
xit, de quo hostes non cogitarant, neque cauerant, ne
illuc Romanus transire posset. hoc ipso in libro: Inde
selius obscuros permeat, consultatque, ex duobus itineribus,
breve & solitum sequatur, an impeditius, & intentatum,
etique hostibus incautum. Sic in eodem nescium, pro in-
cognito dixit. Aliis gentibus ignorantia imperij Ro-
mani inexperta esse supplicia, nescia tributa: Gnaris
autem, & ignari vocibus tam sœpe ~~modicis~~ vtitur, ut
difficile sit locos omnes enumerate. Hoc ipso in li-
bro: Quod gnarum duci. & alibi: In paludem gnaram
vincentibus. libro secundo: Per occulta, & vigilibus igna-
ra. libro tertio: Gnarum id Tiberio fuit. eodem libro:

Non

Muret
Lectiones

II

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

2210

2211

2212

2213

2214

2215

2216

2217

2218

2219

2220

2221

2222

2223

2224

2225

2226

2227

2228

2229

22210

22211

22212

22213

22214

22215

22216

22217

22218

22219

22220

22221

22222

22223

22224

22225

22226

22227

22228

22229

222210

222211

222212

222213

222214

222215

222216

222217

222218

222219

222220

222221

222222

222223

222224

222225

222226

222227

222228

222229

2222210

2222211

2222212

2222213

2222214

2222215

2222216

2222217

2222218

2222219

2222220

2222221

2222222

2222223

2222224

2222225

2222226

2222227

2222228

2222229

22222210

22222211

22222212

22222213

22222214

22222215

22222216

22222217

22222218

22222219

22222220

22222221

22222222

22222223

Non quidem sibi ignara que de Silano vulgabantur. libro
quarto: Non quidem sibi ignarum posse argui. libro qui-
to: Sed quædam secus quæn dicta sint cader, falso
ignare dicentium. libro x i. Non rumor inhereat, sed re-
que nunti incedunt, qui gnara Claudio cuncta, & ver-
promptum vltioni adferrent. libro xii. Nihil tam igna-
rum barbaris, quam machinamenta, & astus oppugna-
num: At nobis ea pars militia maximè gnara est. libro xi.
Idq; nulli magis gnarum, quam Neroni. Sed & lib. x i.
vbi est, cognitum id Neroni: è veteris scriptura velut
lego, Gnarus id Neroni.

Ex eodem libro aliij aliquot loci.

CAPUT III.

AGRIPPA imperfecto, nuncianti censuori, vi-
mos militia, factum esse quod imperasset, neque im-
perasse sese, & rationem facti reddendam apud Senatum
respondit. Verbis illis Taciti, vt mos militia, propem-
dum adducor, vt illam quasi solemnem quandam
fusile verborum formulæ putem: Factum est quod
imperasti. eo magis, quod hac ipsa in re narranda, ead-
em retinet & Suetonius, cuius haec verba sunt: Tie-
rius renuntianti Tribuno factum esse quod imperasset, ne-
que imperasse se, & redditurum eum senatus rationem re-
spondit. Itemque in Claudio: Die ipso Claudij, C.
Agrippinae nuptiarum in quinque & triginta senatores, ne-
centosque amplius equites Romanos tanta facilitate am-
aduerit, vt de nec consularis viri renuntiante centurionis
factum esse quod imperasset, negaret quidquam se imp-
rasse: nihilominus rem comprobaret. In eo autem, quod
paulo post subiicitur: Eam conditionem esse imperandi,
vt non aliter ratio constet, quam si vni reddatur: fructu
tentatur à quibusdam vetus scriptura, qui putant me-
luis

ius legi posse, ut non aliter rata constet. Hoc enim dicit Tacitus, rationem cuiusque facti constare non posse, si pluribus, ut scena, reddenda sit, semper cum idem factum alios probaturos, alios improbaturos, unum esse oportere, cui reddatur ratio, & cuius iudicio stetur. Si aliter fiat, imperij vim resolui: & pro monachia Aristocratian quandam, aut oligarchian constitui. Paulo post autem, legendum puto: *Lacrimas gaudio, questus adulatione miscebant.* Nam hoc modo & venustior est, & numerosius cadit oratio. Nam vero ubi de testamento Augusti agitur, locus est minime corruptus, de quo quid mihi videatur expōnam. Primum igitur quod ait, *Legata non ultra ciuilium modum,* nihil omnino arbitror ad legem Falcidiam pertinere: que cum, ut notum est, ne in militari quidem testamento locum habeat, multo minus locum habere potuit in testamento Imperatoris, quem huiusmodi legibus solutum esse constat: neque hoc dicere Tacitum, non esse oneratam legatis ab Augusto hereditatem suam ultra modum Falcidia legi prescriptum: sed legata ab eo fuisse modica, & modesta, neque excedentia visitatum locupletibus ciuiis in testamentis condendis modum. Certe enim ciuale etiam in libris Iuris saepè dicitur, quod moderatum est, & visitatum, & ordinarium. Et ita dicit Cicero *odium ciuite,* non villa propria, ac priuata de causa suscepimus, sed quod omnium bonorum ciuium commune esse solet aduersus improbos. Quid enim odisset Clodium Milo, segetem, ac materiam gloriae, prater hoc ciuale odium, quo omnes improbos odimus? Peccat enim Victorius qui *commune* eo loco, non *ciuale*, aduersus omnium librorum fidem scribendum putat. Sic Ouid.

Exercet

Muretti
LectionesIII
25

Exercet memores plusquam ciuiliter ira.

Augustus igitur legata non reliquit vltra ciuilem modum, præter pauca quædam, quæ subiungit his verbis: *Nisi quod populo, & plebi ccccxxxv. præriarum cohortium militibus singula nummum millia legi nari autem cohortibus ciuium R. trecentos nummos rem dedit.* Hac enim legata magna planè, & amplè vltra ciuilem modum: & imperatoria potius, quam ciuile. Sed verba Taciti, non dubito, quin corrupta, & hunc modum è Suetonio emendanda sint: *Nisi quod populo, & plebi quadringenties, tribubus tricies quinq[ue]cunx.* Ut intelligamus, præter quadringenties legatum populo, etiam in singulas tribus centena millia relinisse. Quod autem apud Suetonium professus dicitur Augustus, non plus ad heredes suos perfueruntum esse, quam millies, & quingenties, non ita intelligendum est, vt ex ea pecunia legata præstanta essent, in omnibus legatis, atque omni onere deducto. In enim id verbum accipiendum esse, iuris auctores dicent, quod non adscripsi~~m~~, nisi à quibusdam, qui minimè decebat, aliter accipi viderem. Aliquam post, vbi ita legitur: *Casis Hirtio & Pansa, sive vasis illos, seu Pansam venenum vulneri adfusum, sive milites Hirtium, & machinator doli Caesar abstulerat.* non dubito, quin illud posterius, sive, deleri debet. Huius generis multa sciens omitto: non quia è sit, ea quoque indicari: sed quod arida quodammodo, & legentib^{es} nihil voluptatis allatura videamus cuius in hoc scriptorum genere aliquam habendam esse rationem puto.

In eadem

In eodem libro notata, & emendata nonnulla.

CAPUT IIII.

MOESTIA nomen tribus omnino locis apud Tacitum animaduerti longè aliter acceptum, quam vulgo solet. Nam cùm modestiam ferè vocare soleamus affectionem animi de se modicè ac modeste sentientis, ipse contrà interdum modestiam prout unitate quadam, & infirmitate virium dicit. Eorum docorum unus est hoc ipso in libro, ex quo pleraque tam emendaui: *Versæ inde ad Tiberium preces: & ille varie differebat, de magnitudine imperij, sua modestia.* modestiam enim dicit modicas & exiguae vires suas, & nequaquam tanto oneri pares. Alter est libro tertio: *Simul modestia Neronis, & sua magnitudini fidebat.* in eo loco fortasse possit aliquis modestiam, animi moderationem interpretari. Sed mihi altera illa interpretatione verior videtur. Tertius est libro XI. *Quin dierum alimenta vrbi, non amplius, superfuisse contum: magnaq; deum benignitate, & modestia biemis, rebus exveniis subuentum.* Modestum quoque pro modico aliquoties dixit. Quando autem semel Tacitum in manus sumpsisti, non tam facilè ab eo auellar: sed pauca quadam ex eodem illo primo Annali libro, quomodo mihi legenda videantur, aperiam. Vbi igitur Asini Galli sententia refertur, puto legendum hoc modo: *Addidit de laudibus Augusti: non vt vulgo, Addidit laudem de Augusto.* & paulo post ita lego: *Quippe augustinus supremis sermonibus cùm tractaret, quinam adipisci principem locum suspecti abnuerent, aut impares velent: vel idem possent, cuperent.* M. Lepidum dixerat sapientem, sed aspernantem: *Gallum Asinium anidum, si minorem.* Verba autem Haterij, quæ tam varie

T leguntur,

Microfilm
Lectiones
III
225

leguntur, ita puto legenda: *Quousque patierit
deesse caput reipublie? Est autem vetus scribendum
deesse, pro deesse.*

Notatus vsus quidam verbi labor, aut dilabor.

CAPUT V.

Cum cœtus aliquis dissoluitur, seque, aut cum quisque aut quod vocant negotia, aut que quod fert animus, alius alio recipit, in eo significando *dilabendi* verbum ponere Tacitus solet. Accidit potest, ut & apud antiquiores quoque eius usurpati exempla reperiantur; rariora tamen, ut opinor, mihi putauit minus vitio datum iri, si huc cogit nonnulla sub uno aspectu ponerem. Libro primo *Annalium* ab excessu D. Augusti ita scriptum est: *Impellere paulatim nocturnis conloquii, aut flum vespere am die, & dilapsis melioribus deterrimus quemque congregare.* Id est, cum meliores iam se ad curas corpora receperissent. Et libro secundo: *Neque Cato copiam pugnae obseciores fecere, ad famam aduentus dilapsi.* Et libro XI. *Ceteris pasim dilabentibus sive centuriones.* Et libro XII. *Vt anteirent populatores dilapsis improvisi circumfunderentur.* Et libro annalium ab excessu Neronis: *Donec fatiguerit exercitio: & extremo iam die sua quisque in tenetia dilabatur.* Sed & aequalis Taciti Suetonius in *Vitellio: Cetera deserta omnia reperisset, dilabentibus & qui simul ex zona se aureorum plena circumdedidit. labi etiam prodem dixit Iuuenalis satyra sexta: Labente officio maledicanda.* *Labente enim officio, est, iis qui ad celebrandas nuptias officij causa la conuenerant, discedentes ac dilabentibus.*

Ianis viderit regulas duas, quas super versibus heroi-
ci & trimetris iambicis tradidit Gellius.

C A P. VI.

NON tantum in iure ciuili sed etiam in leuiori-
bus artibus periculosa est omnis definitio: per-
tacum enim est, ut subuerti non possit. Certè duarum
ad artem metricam pertinentium, quas Gellius libro
duodecimo tradit, quarumque alteram ad M.
Varonem auctorem refert, neutram perpetuo veram
esse, nullo negotio probari potest. Quod mihi eò
magis indicandum putaui; quia memini quandam in
vite magni nominis grammaticum, qui que etiam
ficiendorum versuum leges sibi aut vii, aut cum
perquam paucis notas esse iactabat, duos illos ca-
nones, tamquam abditum quiddam, μυστεῖαδες,
familiaribus suis επιτρόποις tradere solitum esse. Eo-
rum prior est: In longis versibus, qui hexametri vocantur,
item in senariis duos primos pedes, item extremos duos ha-
bere singulas posse integras partes orationis: medios haud
tamen posse. Sed constare eos semper ex verbis aut diui-
si, aut mixtis atque confusis. Sed nos quo ludicum
exceptum refutemus, ex ludicro poëmate sumamus.

Homerus in Ranis:

Τέταρτος δέ τε πέμπτης πλευροφάγον Εασπλῆν.
Quero, in eo versu tertius pes habeat ne integrum
partem orationis, an minus. &c, si grauius testimoni-
um requiritur, arcessamus hoc ex Iliade:

Αττάρων, τος μὲν λίπεις ἀντε, οὐδὲ μετ' αλλας.

Nonne hic & tertius & quartus partem orationis ab-
solunt? Addam & alium ex Lucretio:

Concittitur tum sanguis: visceri persentiscunt.

& ex Aristophanis Pluto:

Δοκὶς οὐ μὲν ταχέως σαμάν, τι δρῶ, λέγε.

T 2

Altera

Muretti
Lectio[n]es
II
25

Alterā regula est: obseruasse M. Varronem in versificatio
metro, quod omni modo quinctus semipes verbum finit.
Sed hoc quoque quām sit ἀρχαῖον, tamen etiā ei
ipsis versibus quos supra posui, cognosci potest:
damus tamen alios. Et primū quidem occurrimus
versus Odysseū:

Aὐδρε μοι ἔννεπε μῆσα πολύτεοπν.

Et secundus Iliados:

Οὐλομέντω, οὐ μηρὶς ἀχαιοῖς ἀλγεῖ ἐθηκεν.

Quid in illis Virgilianis: Nil nostri miserere: & Cen
veniti posuere: & Inst. eo dicente: ac similibus, non
quinctus semipes verbum finit? Sed si plura testimoni
nia in re perspicua congeram, ipse mihi video nū
culus fore.

Quiddam quod occulte significauerat Homerū, non
minori artificio à Virgilio significatum esse.

CAPUT VII.

VT inferos esse, vbi à sceleratis hominibus po
næ post mortem exigantur, nemini vñquam
no dubium fuit, ita excubantem pro inferorum fu
bus Cerberum; & Acheruntis transvectionem,
caussæ dictionem ad Minois tribunal, & pertulit de
liis aquam haurientes puellas, & Ixonis sibi aliud
imminentem fugam, & metuentem ne aut siti, ne
impendingit faxi casu denud moriatur; Tantalum,
totam denique illam in Plutonis domo tragediam
quicunque ex veteribus paulò cordatiiores erant,
somniorum, aut anilium fabellarum loco semper ha
buerunt. Itaque & Cicero primo libro Tusculanarum
ea irridere, ac pictoru, & poëtarum portenta voca
re non veretur, quæ conuincere nihil negotij sit: &
aliorum quamlibet multa testimonia colligi possunt
ex quibus

eribus constet eandem illorum quoque his de rebus fuisse sententiam. Sed & antiquissimus poëtarum Homerus tecta quadam urbanitate significauit, quæcumque ipse de inferis cecinisset, talia esse, qualia interdum mulierculis & puerulis ad focum sedentibus aufallendi aut conciliandi somni gratia narrari solet. Facit enim Vlixem moneri à matre, ut quamprimum superos repeatat, quæq. apud inferos vidit, mente condita teneat, ut habeat quod vxori narrare possit.

Ἄλλα φίωσθε τάχισα λιλάσο. ταῦτα δὲ πάντα

ἴστη, οὐαὶ γὰρ μετόποδε τεῦ ἐπιπόδη γυναικί.

vitantium non aperte dicere videatur,

Πάντα χὴν τοιαῦτα λέγειν χειμῶνας εἰν ὄρη.
sumus autem Homericarum virtutum imitator
Virgilius aliam rationem commentus est, qua idem
obscure ac symbolice indicaret. Nam cum duas, ex
Homero hoc quoque, Somni portas fecisset, Cor-
neam vnam, qua vera; Eburnam alteram, qua falsa
insomnia mitterentur: Αἴρεσαν, spectatis illis infero-
rum portentis, porta eburna egredientem facit, ut sa-
gacibus lectoribus suspicandum relinqueret, talem
esse totam illam τερρυλούταν, qualia somnia ex inferis
eadem illa porta exire dixisset.

Veterum comicorum loci duo inter se collati.

CAPUT VIII.

FACETE expressit Plautus in Menæchmis Pe-
niculi parasiti edacitatem, qui cum Cylindrum
coquim, iussum tribus parare prandium, interrogan-
tem fecisset, qui nam illi tres futuri essent, respondis-
serique meretrix, se, & Menæcum, & parasitum
eius, ita statim ratiocinantem inducit coquum :

iam isti sunt decem:

T 3

Nam

Muret
Lectiones
LIB
Z 5

Nam parasitus octo munus hominum facile fungit.
Videtur autem Eubulump veterem comicum insi-
tus esse, qui Philocratem quendam in mensa habet
pro duobus aut pro tribus esse dixerat. Sed Plau-
stus solet, modum excessit. Eubuli versus his sunt ap-
Athenæum :

*Eἰσὶν δὲ ἡμῖν τέλος πεχαπιέων δύο
Ἐπὶ δέπτου ἀμαχεῖ, φιλοκράτης γέ φιλοκέπτης.
Ἐναὶ δὲ σκεῖνον ὄντα, δύο λογίζομαι,
Μᾶλλον δὲ τρεῖς.*

sed Eubulus, ut mihi quidem videtur, urbanus, co-
cùm duos dixisset, vnum Philocratem bis nominare
ficerit. Nam insulsi profectò, & illepidi fuerunt
apud Athenæum in secundo horum versuum scripsi-
runt, φιλοκέπτης γέ φιλοκράτης. corruperunt enim &
banitatem dicti, & versus modum. Eodem autem
sale conditum vetus quidam poëta distichon, quo cum
quædam cauenda ac fugienda complexus esset, huius
eis Laodicenses nominavit. Id distichon in Syne-
epistolis legitur; sed non satis emendatè. Sic autem
legendum videtur :

*Αστίδα, ορῦνον, ὄφιν καὶ λασίκας σείρας,
Καὶ κυά λασίων, καὶ πάντα λασίκας.*

Radians pro sole. Emendatus apud Ciceronem
veteris poëta versus.

CAPUT IX.

RADIANTEM veteres poëtae Latini interde-
sine villa adiectione vocabant solem. Et ita de-
nomine usus est Cicero in Arato :

*Hoc motu radiantis, θεσίᾳ in vada ponti,
neque enim dubium est, quin exprefserit illud An-*

Ενδέ τὰ φῶτα σωμερχομένοιο λέοντη,
Τίνος δὲ κελάδοντες ἐτίσσει δέρπει θόντω
ἀρόβιον εἰκαπίθεον.

Quo sit, ut in versibus vetusti poëtæ, qui citantur libro tertio De oratore,

Viue Vlices, dum licet:

Oculis postremum lumen radiatum rape:
non dubitem, quin melius omnino sit, quod in veteri
libro meo legitur,

Oculis postremum lumen radiantis rape.

*Cui Iuno apud Homerum Vulcano blandiens, claudum
eum vocet.* C A P. X.

Q VARIT P. Victorius libro xxxix. Variarum lectionum, quo consilio Iuno apud Homerum Vulcano blandiens, verita tamen non sit eum κυλλονομένων vocare. Idque eò factum ait, quòd cùm vi-
tium pedum ipsius apertum esset, neque vlo modo
tegi posset, nullo verbo magis eum mater ostendere
potuit, quam si inde ipsum vocasset. id autem fecisse
dūmē, quēlū, vt ostenderet eum à se valde amari.
Quæ fortassis vera sunt. Sed Plutarchus, grauis impensis & idoneus auctor, aliam huius rei causam ad-
fert, nihil, vt ego quidem arbitror, deteriorem. Ait enim, voluisse summum ac sapientissimum poëtam
ostendere, neque bona neque mala corporis talia esse,
vt aut ad laudem, aut ad vituperationem cuiusquam
valde pertineant. Itaque apud eum etiam qui aliquem
obligant, ac reprehendunt, eo tamen ipso tempore
commendare ipsius formam, si bona est, non veren-
tur. Ut Hector Paridi conuicium faciens,

Δύται, εἰδότε, γνωμανὸς παροπλιτά.
& ipsi Hectori Glaucus,

T 4

Ektop.

Murelli
Lectiones
III
25

Εκτορ ὁ εἶδος ἀειτε, μάχης ἄρε πολλὸν ἐδῶ.
neque vñquam in proþri loco obiiciunt ea qua-
poris sunt, sed quæ animi; vt Vlixes Therisa
quòd claudus eset, aut calvus, aut gibberus, ex-
brat, sed quòd immodicè, & intempestiù locu-
Contraq. mater ipsa ne tum quidem cùm hlio da-
ditur, veretur eum claudum vt erat, vocare; quod
res nullo modo ad vituperationem ipsius pertine-
neque quidquam de dignitate ipsius detrahatur.
inquit, δύμηρ οὐταγελα τὸν αἰχμωμέναν δὲ γόνην
περιβότην, ἐπειριπόνησέν τοῦ μὲν αἰχμῶν, ἐπει-
τὸ μὲν δὲ ἡμέας, ἀλλ' ἐπει τύχης γιθίουν. eodemque mo-
do Attius in Philocleeta, quem Vlxi blandientem
duxerat, ab eo id commemorari facit, Vlxem formo-
sum non esse.

*Include, parua pradite forma,
Nomine celebri, claroque posens
Pectore Achivis clasibus duxor,
Grauis Dardanij gentibus vltor,
Laertiade.*

Vbi etiam illud notant, quòd patris nomen in vi-
num locum reiecerit: quia in laudibus magnorum
virorum postremum locum generis nobilitas tenet
ea autem posuerit primo loco, quæ ipsius Vlxis pro-
pria essent: in quibus nihil sibi neque Laertes, neque
Anticlea, neque Acrisius vindicaret.

*Quod de Scipione & Lelio dictum est, idem de duo-
bus antiquis Philosophis dictum esse. Diogenes
Laertius locis aliquot illustratus.*

CANT XI.

SCIPIONIS, & Lelij amicitia nemini ignota esse
paullum modò humaniori potest. cùm autem
præstare

pristates sapientia Lælius, ex qua etiam ei cognomen
notum fuisse notum est: nihil ad modum in rep. ge-
tebat, nihil moliebatur, nihil suscipiebat Scipio, nisi
de consilio, & sententia Lælij. Vnde qui aut tales vi-
tos inter se committere aut de Scipionis gloria aliquid
deterre, ac deminuere volabant, actorem modo esse
siebant Scipionem, sed Lælium poëtam. Eadem au-
tem orationis figura dictum vulgo erat & antea de
duobus eruditissimis hominibus Eretrensi Menede-
mo, & Asclepiade. Qui cum inter se ita coniunctè
viventer, ut Pyladea quedam esse ipsorum amicitia
putaretur, essetque Asclepiades natu grandior: non
dicerant, qui dicerent, poëtam quidem Asclepiadem,
nihil autem aliud quam actorem, & histrionem quen-
dam esse Menedemum. Hunc Menedemum, gra-
uen possea, & seuverum philosophum, principio sce-
narum pictorem fuisse aiunt; id est συνορθόφων, non,
ut vulgo putant, συνορθάφων. Quod & ex vetustis
Laertij libris cognoscere pererant, & ex aliis que in
ipsius Menedemi vita leguntur. Ut quod cum pse-
phisma quoddam scripisset, dictum est in eum a
quodam Alexini sectatore, οὐτε συντίθεται, οὐτε φύσις
μη συντίθεται. Ioci enim venustas est in
multiplici significatione verbi φέρειν, quod est & scri-
bere, & pingere. Item quod adolescentuli cuiusdam
ferocientis audaciam compescuit, cum in eum qui-
dem nihil dixisset, sed tantum humi delineasset mu-
lichria patientem. Hoc enim est, πεπανθετον: quod
male interpres conuerit, traiectum. Et eodem modo
accipitur verbum illud paulo post in illo mordaci, &
aculeato aduersus Hieroclem Cicto, εἰς τὴν αὐτὸν ὁ αὐ-
τός οὐ μεγίστης. Et in vita Arcesilai: quem locum ita
male accepit interpres, ut veræ sententiae ne vestigium

T 5

quidem

Muret
LectionesII
28

quidem appareat: Diogenis enim verba sunt ergo
 ἐπίτιαν ἔχοντα περιγένεταις αὐλικέντερον εἴη,
 ἐπεὶ τέρπει μάζαν οὐδὲ, ἀρωτούσην, εἰ δὲ τὸ συγχέοντα
 ἔξαλτον τύλε. Ea ita reddit interpres: *Quum retulisti
 eum quidam vitoſe concludens, non viderit altero alio
 maius, Nec decem, inquit, digitorum longitudine ferme
 longitudine.* Ego autem hoc modo: *Cum quidam, quod
 opinio erat, mollem, atque impudicum esse, ad eum reu-
 set, non videri sibi aliud alio maius: interrogauit eum, ut
 ne id quidem, quod decem digitos longum esset, longius
 deretur eo quod sex tantum digitos longum.* Quid autem
 significaret, neque difficile est cogitare, neque homi-
 sum eloqui.

Ciceronis locus è Sophocle expressus.

CAPVT XII.

PRÆCLARVM sapientiæ præceptum est, debet
 vnum quemque nostrum maiorem curam habere
 eius temporis quod post mortem nostram conse-
 rum est, quam breuis illius, & exigui, quo in hac vi-
 sumus. Itaque grauiter, & magnificè Cicero in que-
 dam ad Atticum epistola: *Longum, inquit, illud tem-
 pum non ero, magis me mouet, quam hoc exiguum.* Nam
 quod ita locutus est, *cum non ero:* in eo secutus est con-
 suetudinem vulgi: non quod eos, qui ex hac vita
 grassen, non amplius esse opinaretur. Quamquam
 autem hæc sententia suapte sponte in mentem ei ve-
 nire facile potuerit; tamen facile adducor, ut homo
 nem eruditissimum, & in Græcorum poëtarum le-
 ctione exercitatissimum cogitasse putem de loco So-
 phoclis, apud quem Antigone, cum fratrem insepa-
 tum iacere noller, & certò tamen sciret, si cum adver-
 sus Creontis edictum sepeliisset, sibi quoque morien-
 dum

dam esse; non tamen propterea absterretur ab illius
pièga fratrem muneric functione. cùm dicat, multo
longius esse tempus, quo se placere, ac probari oportet
in inferis, apud quos perpetuò futura sit, quam iis
qui in hac vita versantur. Verba ipsius hæc sunt:

Φίλη μετ' ἀντικαίσουσαι, φίλη μέτα,
Οὐα πανεργήσος. ἐπεὶ πλείων χρόνο,
Οὐ δῆ μὲν αἰρέσθαι τοῖς κάτω, τῶν ἐνθάδε.
Εκαὶ οὐδὲ κέισθαι.

Elogium. Conciliaturæ. Diuinaculi. *Tres loci
emendati apud Suetonium in Vitellio.*

CAPUT XIV.

Scripsoram iampridem *elogij* nomen neque
Gracum esse, neque Latinum: deinde miranti-
bus quibusdam amicis dixeram, vbi cumque *elogium*
legetur, neque *elogium*, neque *eulogium*, sed *eclogum*
dici debere. Id duo ex ipsis à me acceptum in me tor-
derunt: cùm enim de *elogij* nomine disputassent, vi-
tioque eos accusassent, qui vocem probam, & anti-
quam nimis imperiose è ciuitate disturbare vellent:
postremò eò venerunt, ut *elogium* quidem non, sed
elogium rectè & emendatè dici docerent. Ac mihi
quidem, ne viviam, si non & hæc, & talia omnia ri-
ciculo sunt. Sed interdum tamen nescio quid stom-
achi mouent. Nunc expungamus præclarum istud
elogij nomen è quodam Suetonij loco, in quo iampridem
infedit. Ita enim vulgo legitur in Vitellio: *Ex-*
tatique elogij ad Q. Vitellium D. Augusti quaestorem libel-
lus, quo continetur, Vitellios Fauno Aboriginem rege, &
Vitellia, que multis locis pro nubine coleretur, ortos, toto
Lato imperasse. Sed quis iste est libellus elogij, aut
quo scriptus? An fatuum est id querere: cùm
in vetere

Murelli
Lectiones
III
25

in vetere libro ita legatur; Extat Q. Clodij ad Q. Vitellium D. Augusti questorē libellus. eodem modo peccatum est in omnibus libris editis lib. v. in Veneriū vbi legitur, Posteaque Pompeius: cùm legendū Postea Q. Pompeius. sed, vt ad Suetonium redeam, eodem vetere libro paulo infra eum locum iactur: *Cuius filius sectionibus, & conciliaturis uberiori appenditum nactus: non, vt vulgo, consuturis, aut, vt eadem emendare voluit, cognituris.* Conciliatores item erant, qui Graeco vocabulo proxenetae. & in eadem Vitellio: *Nullis tamen infensori quam diuinaculis mathematicis, vt quisque deferretur, inauditum capie piebat.* Vbi vulgo ineptè legitur, vernaculis.

Restituti Ciceronis loci duo, in quibus librarij duorum veterum scriptorum nomina corruerant.

CAP. X I I I .

LIBET duorum eruditorum hominum nominum apud Ciceronem corrupta integritati suæ retinuere: quando isti, qui tota plaustra librotum verum habuisse se iactant, quorum collatione Ciceronem emendarint, aliquanto pauciora præstant, quia pollicentur. Apud Ciceronem igitur in Lucullo vulgo legitur: *Nicetas Syracusius, ut ait Theophrastus calum, Solem, Lunam, stellas, supra denique omnia planctus: neque præter terram rem vilam in mundo mouetur, que cum circum exim se summa celeritate conuertat, torqueat, eadem effici omnia, que, si, stante terra, calum mouerebuntur. atque hoc etiam Platonem in Timaeo dicere quidam arbitrantur, sed paulo obscurius.* Hec Cicero: sed qui illius admirabilis tentatio auctor putatus est ei Hicetas, non Nicetas nomen fuit. Laertius in vita Philolai: *καὶ γένος Χείτης οὐκέλον κανεῖται τρῶν εἰτε, αἴ*

idem οὐεγένετος φασιν. Apud eundem Ciceronem lib.
primo De diuinatione ita scriptum est: *Quid ego, quae
mei Cypri illi principi interpretari sunt, ex Dionysio Persi-
ca libris proferam?* Sed præclarè in vetere libro meo:
ex Dionis Persicis proferam? Diononis enim Persica sæ-
pe & ab Athenæo, & à Diogene Laërtio citantur. Ne-
que verò addenda est vox, *libris*. non enim cùm di-
cunt, Indica, Persica, Iberica, & similia, intelligunt
hæc: sed res Indorum, res Persarum, Iberorum: eo-
demque modo in ceteris.

*Defici quibusdam amicis, qui leuia amicorum pec-
ata reprobent, ad grauiora connuent.*

CAPUT XV.

VEHEMENTER vituperare ac reprehendere
solebat Hippolytus Cardinalis Ferrarensis, cu-
is ego memoriam perpetuò colere, cīque pacem ac
veniam à Deo precibus omnibus exposcere debo,
sententiam Plauti de amicis officio: neque vñquam
audiebat hos versus,

Amicum castigare ob meritam noxiā,

Immane est facinus:

omn propè excandesceret, diceretque nihil potuisse
fultius, aut à veri amici natura, ac consuetudine alie-
ni cogitari. Vix enim yllum esse aut viri boni, aut
amici hominis maius, ac præclarius munus, quam
amicum vel peccare parantem retinere, atque impe-
dire, vel cùm iam peccasset, reprehendere atque in-
crepare: dum tamē constaret id non alio animo fieri,
quam ad incutendum ei pudorem, ne quid postea
tale committeret. sed in eo magnam adhibendam esse
cautionem, ne decipiemur ab hominibus improbis,
qui ut amicè ac liberè agere videantur, in iis, quibus
sc amicos

Muretti
Lectio[n]a

III

23

se amicos esse simulant, leuia quædam, & pufillipe-
cata reprehendunt, ad maiora & grauiora inter
conjuentes: cuiusmodi ferè omnes esse dicebati-
gum ac potentum tenuiores amicos: neque hac me-
torem villam esse infelicitate infelicitatem. Ac me-
mini olim eum Tibure, cùm inter prandium molles
hanc sententiam disputasset, meque postea, vt si-
bat, in cubiculum suum se uocasset, valde gauis-
tus, vt ex me audit, aut eadem quæ ipse dixisset, a-
certè valdè iis consentanea à Plutarcho tradita esse
in libro, quo adulatoris ab amico distinguendi viam
ac rationem doceret. Mirificè enim amabat Pluti-
chum: magisque confirmabatur in sententia sua, quæ
intelligeret eam, tam grauis, tamque cordati scriptio
iudicio comprehendebari. Verba autem quæ tum proce-
hæc sunt: ἔπειτα δὲ μὲν αἰλονῶν καὶ μελονῶν
μάτων ἐδέν εἰδέναι περιποίημεν Θ., ἐδὲ γνάσκειν, τοῖς
τὰ μηρά καὶ τὰ ἄκρα ἐλέγουματα δενὸς αἴσχου, καὶ τὸ
καθάλαστρον καὶ σφρόντος, φῆ σκεψθε οὐκέτι οὐκέτι
νον, αὐτὸν οἰκοῦστα φύλας, αὐτὸν διηγεῖντα καθέτη, πάμποτε
η καὶ δέ, οὐτόπειρον καὶ κατ' αἰδέναι ἐπιπλεύμενον, γενέσθαι τὸ
εἴα, καὶ πάσιν αἰμέλειας, καὶ ἀπομία γαμετής, καὶ τοῖς αἰδέ-
ντος φροντίᾳ, καὶ χρημάτων ὅλεθρῳ ἐδέν δέ τε αἴσχυντο, αἱ
ἄστραι οὐ τετοις καὶ ἀπολυμέναι. ὁτερός δὲ λαττιώς ἐλεγόντων
μετέντεν καὶ συνολοστάνειν, έτα τοῖς ληπτέσι χαλεπός αὐτὸν
γίδες, οὐ γερμανικός δηπλάσιων τῷ παῖδι τοῖς δέλτεσι
φείν, σολοικίσοντες δὲ καρβαρίσοντες δοκῶν αἰδεῖν.
Quæ cùm ei interpretatus essem, addidi huiusmodi
præposteros amicorum reprehensorum exagitari etiam
ab Horatio: qui etiam duobus exemplis iisdem, quibus
Plutarchus vñs est, n̄egat καὶ αὐτοχθόν. statim
quæ recitauit hos Horatij versus:

Si curtatus inaequali tonsore capillos

Occurrit

Occuri, rides: si fortè subacula pexa
 Trita subest tunicae: vel si tog a disidet impar,
 rides: quid mea cùm pugnat sententia secum:
 Quod petiit, sternit: repetit quod nuper omisit:
 Estuas, & vita disconuenit ordine toto:
 Divit, edificat, mutat quadrata rotundis?
 Insanire putas solemnia me, neque rides,
 Nec medici credis, nec curatoris egere
 A pratore dati: rurum tutella mearum
 Cum sis, & prava sectum stomacheris ob vnguem
 De te pendantis, te restriemis amici.
 Cumque cum huius loci collatione oblectatum vide-
 tem: addidi tertium è sanctissimo & disertissimo scri-
 pore Iohanne Chrysostomo in oratione $\omega\delta\sigma\tau\tau\delta$ εγ-
 κάταρτος ιων τη μηνούς οὗ της γοργούλων: Οὐδὲ ita scribit:
 Καὶ οὐ πειρίσσουεν αὐθαπτον & χιτωνιον εχοντα οὐδε-
 πειρίσσουεν εἰς πλαγίαν, οὐ πέπλῳ σαλινήν πειρίσ-
 σσουεν, οὐ πειρίσσουεν. αὐτὸς οὐδὲ ζωὴν
 πειρίσσουεν, οὐδὲ λόγον πειρίσσουεν. Huius generis ser-
 monibus partem aliquam temporis propè quotidie
 mecum consumebat ille omnium quos vñquam vidi
 pudentissimus, & consilij plenissimus senex: cuius
 aut exaltatatem animi, aut perpetuam erga eruditos
 homines munificentiam ac liberalitatem qui exæ-
 quunt, & adhuc requiro, & vereor, ne semper fru-
 stri requiram.

Quid Epicurum meritò à Plutarcho reprehensum A. Gel-
 lius sigidè atque inepte defendere conatus sit.

CAPVT XVI.

EPICVRVM dialectices imperitum fuisse, ac
 putasse etiam omnem operam ludi, quæ in ea co-
 giscenda ac perdiscenda poneretur, ita notum est,
 vt con-

Muret
Lectio[n]eIII
25

ut confirmatione non egeat. Itaque illius artis ignorantie ruebat in dicendo; saepque aliquid processus aggressus, ea sumebat, quibus datis ac concessis, alio men quod probare instituerat, non concludens. Quale est, quod cum docere vellet, mortem nihil nos pertinere, ita ratiocinabatur: O Σάντα Κύριε οὐκ εἶμαι. τὸ γὰρ θαλυθὲν αἰνιδοτέν. τὸ δὲ θαλυθὲν εἶμαι. Neque enim sequitur, si id quod dissolutionem sensu vacat, idecirco ipsam quoque dissolutionem non sentiri. Neque mors est τὸ θαλυθὲν, ἀλλὰ αὐτὸν θαλυθὲν. Meritoque Plutarchus secundo librorum quod de Homero composuit, imperfectè, atque prepōtē, atq. sylllogismo vsum esse eum dixerat: non quod prætermisisset illud λημμα, οὐ Σάντα Κύριον θαλυθεῖ: quo addito, nihilo magis efficiet quod ipse voluit: sed quod, stupiditate quadam, crassitudine ingenij, non peruidisset, quantum inter id quod dissolutionem est, & ipsam dissolutionem inter esset. Nactus autem est patronum tali protulsi clientele dignum Gellium; qui dum alienam stultitiam regre vult, prodit suam. Tantum enim ab eo defendendo, ut ne intellexisse quidem videatur, quid in eo reprehenderetur. Neque enim difficile est coniurata eum à Plutarcho reprehensum, ut & ab eruditissimo Aristotelis interprete Alexandro Aphroditiense reprehenditur: cuius haec sunt ex commentario primum Topicorum: τοιοῦτον καὶ οὐ πεί τὸ θαλυθὲν θητικέρη λόγος εἰπεῖν Θεό. & γὰρ εἰ τὸ λεγόσαν τετράδιον θαλυθὲν αἰνιδοτέν, τὸ αἰνιδοτέν εἶμὲν τοὺς ιδεῖς. Καὶ τὸ οὐ Σάντα Κύριον εἶμὲν τοὺς ιμάτια, οὐτὸς ιδεῖς ιμάτια. οὐτὸς οὐτὲ οὐ Σάντα Κύριον θαλυθὲν έστιν, οὐλαβούστος. εἰς ἔδωκε τὸ οὐ θεός τὸ θαλυθὲν αἰνιδοτέν, καὶ τὸ θαλυθὲν θητικόν αἰνιδοτέν.

Neque

Neque minus iustè ac grauiter reprehenditur ab eo-
dem Plutarcho, quòd τὸ ἀλγῆν posuisset αὐτὶ τὸ ἀλγεῖν.
Cuius enim stuporis est, confundere id quod dolor-
um excipit, ac patitur, cum eo quod dolorem facit?
At istas curas vocum, verborumque elegantias, ait
Gellius, non modò non sectatur Epicurus, sed etiam
insectatur. Nostra sanè nihil interest, quid ille aut
seetur aut insectetur. Sed qui tam saepe monuerat,
diligenter videndum esse, quæ vis, quæque notio vni-
cique voci subiecta esset, tam negligens esse in lo-
quendo non debuit, vt aliud sentiret, aliud diceret.
Neque si Epicuro esse negligenti licuit, causa illa est,
cur alii diligentibus esse non liceat.

*De duabus antiquis vocibus, Tamenetsi &
Insuperhabere. C A P. XVII.*

Voces quasdam Latinas, quæ iam ita exoleue-
rant, vt propè à nemine agnoscerentur, retraxit
er fuga summus, & cum illis veteribus comparandus
I. C. Iacobus Cuiacius: quas diligenter retinendas
censeo, & quām plurimis testimoniis corroborandas:
ne lingua satis per se inops, nostra negligentia, atque
incuria magis etiam pauperetur. Ex illis vocibus est
tamenetsi, pro tametsi: de qua, quoniam nonnullos ad-
huc dubitare video, proponam hīc locos aliquot, pra-
ter eos quos attulit Cuiacius: ex quibus constet fre-
quentem apud veteres illius usum fuisse. Plantus Mi-
line: Deos sperabo, tēque postrem: tamenetsi istuc mihi
scerbum est, quia hero te carentum est optimo. Cicero in
Verrem: Hoc si tuus inimicus tibi fecisset, tamenetsi animo
quo prouincia tulisset, inimici iudicium graue vide-
tur. Idem libro XII. ad Atticum: & tamenetsi con-
tra congressus sumus, scribes ad me, si quid habebis.

V Cæsar

Muretti
lectiones

III
23

Cæsar libro septimo De bello Gallico: Quæ simili
Cæsar intelligebat, etamen quām mitissimè potest, legi
appellat. Idem eodem libro: Ac tamen est si dextrum
vix eceris animaduertebantur. Ennius: At Romana
tamen est si res bene gesta est, Corde suo trepidat. Loc
in carmine ad Pisonem: tamen est si bella quierunt, Si
periit virtus. Seneca libro quinto De beneficiis: Cui
venet si malus est, ipse quoque in simili materia graue
debet. Eiusdem generis est verbum insuperabitur
pro eo quod est negligere: cuius ipse testimonio me
ta ex libris iuris: vnum præterea ex Appuleio proponit.
Sed & Gellius cap. x i x. libri primi eo verbo vñit
Eam, inquit, constantiam, confidentiamq; non insuper
bendam intelligit. Ita enim planè, id est, non durante
vocabus, sed uno iuncto verbo legitur in veteri libri
Fuluij Vrsini. Appuleius quoque libro primo De
no aureo: Hic qui meis amoribus insuperabitur, non solum
me diffamat probris, verum etiam fugam instruit. Ita enim
habent veteres libri, non, ut editi, subterhabitur.

*Locos quosdam è primo Rheticorum Aristoteles
telis è Platone sumptos videri.*

CAP. XVIII.

NON semper nominat Platonem Aristoteles, ne
que cùm ab eo dissident, neq; cùm ab eo aliquis
sumit, neque denique cùm quid dicit, quod ad illud
quem Platonis locum pertineat: sed interdum, quod
præteriens, & aliud agens, id facit: ita ut lectorum
minus attentum facilè lateat. Ut libro primo De
te dicendi, cùm opus ac finem Rhetorices, ait, non
in persuadendo positum esse, sed in videndo, quidam
quaque re aptum sit ad persuadendum: non dubium
est, quin

et quin verba illa, καὶ ὅπερ εἰ πεῖσαι ἔργον ἀντίς, διρι-
γεῖται aduersus id quod apud Platonem ait Gor-
gias τὸ μετεπέλευτον πόθες ἀντικρύστηται, καὶ τὸ κεφάλαιον ἀ-
μαντικόν τὸ τελετῶν. Itemque paulo post, cum αἴτιος
Lucas οὐδεὶς ἐστι τῇ διωγμῃ, αλλ' ἐστι τῇ πειρασμῷ: &
ierunt, πειρασμόν τοῦ μαχέσθιν, cum idem dicit φειδῶς αἷλος ὁ-
cius: Cui δούλος, duobus verbis perfecat ea quae apud Platonem
in Hippia minore fusiūs, ac copiosius disputantur.
supernaturam
non invenimus in eo quod paulo infra eum locum tradit,
namquamque aliarum attium esse Αἰσαντολίνω, καὶ
io protinus in eo quod tractat, ut geometriam in iis qua-
bo visu magnitudinibus accident: in numeris arithmeticen,
i insuper similiterque in aliis alias: manifestè sumptum est ē
on ducas disputatione Socratis aduersus Gorgiam. Hæc nota-
tere libet non alienum putavi: quia P. Victorius, qui mihi
mo Deinde adhuc videtur solus in eos libros scripsisse, id facere
non solum conliterat. Neque sanè ab uno scribi omnia aut potue-
re. Ita enim sive unum, aut debuerunt. satis esse debet Victorio ad glo-
riam, quod ea in illis libris præstítuit, quæ nemo hac
tempestate aliis præstítisset.

Loci aliquot è Pœnulo Plautina emendati,
& illustrati. CAP. XIX.

APUD Plautum in Pœnulo ita cum Milphione
seruo Agorastocles adolescens colloquitur:

Quid nunc mibi es auctor Milphio? M I L. ut me
verberes,

Atque auctionem facias. nam impunissime
Tibi quidem hercle vendere hasce odis licet.

A G. Quid iam? M I L. maiorem parte minore ha-
bitas mea.

A G. Supersede istis verbis.

V 2

Sed

Micreti
Læctiones

III
25

Sed Turnebus è veteri, vt ipse ait, membrana vna litteram addit, legitque hoc modo:

maiores partem minore habitas mea.

atque hanc sententiam esse dicit. Tibi licet impunè hasce ædes vendere in auctione: maior enim pars mea est, minor mea: vt accessiuncula mea impedit eaditionem, legemque mancipij non possit. quæ de ratio, si vera est, primùm de Turnebi sententia nouius ciuile recipiendum erit, vt quarum ædium maiorum pars alicuius est, ei, etiam inuito eo, cuius est pars minor, eas totas ædes vendere liceat. Sed hoc ius, obster Turnebi auctoritas, valdè controuersum futurum est: & vix, aut ne vix quidem, illius sententia obtinebit. Sed & aliud nobis multo absurdius devrandum erit. Quomodo enim ædes domini, & communes esse possunt? aut qui sui dominus non nisi partis ædium dominus esse? An enim partem distin- tur habere in peculio? At non ne dominus & servus & peculij dominus est? An qui facile pronunciat facile etiam ~~Σχαογένες~~: nosque ipsi ridiculè facimus, dum in declaratione tam ridicula confutantur tam multi sumus? legendum enim planè est,

maiores partem in ore habitas mea.

hac sententia. Licet tibi has ædes impunè vendere, quibus tibi iam opus non sit: ita enim saepè mihi contundis os pugnis, & calcibus, vt, non in ædibus, sed in ore meo maiores temporis partem habitare videaris. In eadem autem fabula, vbi legitur:

res serias

Omnis extolle ex hoc die in alium diem.

Profecto festos habeam decretum est mihi: una littera mutata, legendum, Pro festo. Habere autem dies festos pro festo, ita dictum est, vt, somnis, pri-

seriis

sum habenda. vt apud hunc ipsum, pro sano: vt apud
iis auctores, pro herede, pro domino, pro possessore: vt
apud Appuleium; neque pro amico, neque pro Philosopho
suum. Et cum ait, se res omnes serias extollere in
alium diem, procul dubio respexit ad illud vetus di-
ctum, εἰς αὐτον τὰ παρεδίδωτα. Sed & in eadem fabula,
in Agorastoclis ἀπογενέσθαι depraevati sunt hi versus:

Offende; vt inspiciam. iam aperi, audi, atque ades.

AG. Mi patrue salue. POE. & tu salueto Agorastocles.

Legendique hoc modo :

Offende; vt inspiciam. aperi. AG. vide. ecum. ades.

Mi patrue salue. POE. & tu salueto Agorastocles.

Sed in illo versu, qui in extrema fabula legitur,

Initiarum multo induci satus est,

qui vulgariter scripturam mutare conantur, nimis in-
geniosi sunt. Induci est εἰσαγάγειν: & de hoc verbo con-
fundens est Budaeus in commentariis linguae Græcæ.

Vnde sumpserit Horatius, quod Amorem in
Chia genis excubare dixit.

CAPUT XX.

NEMINEM esse opinor, dumtaxat Græcarum
deliciarum εἰς ἄγαλμα, quin peregrini, & trans-
marini saporis aliquid sentiat in his Horatij versibus:

Et cantu tremulo pota Cupidinem

Lentum sollicitas. Ille virentis, &

Docta psallere Chie

Pulchris excubat in genis.

Ego quidem quoties illum tremulum Lyces cantum
cogito, videre mihi videor libidinosam illam & οὐ-
ποτερανum, quæ apud Aristophanem, cerussa, &
purpurissimo fluentibus buccis, cantare se ait, vt virum
aliquem sibi conciliet:

Muretti
Lectiones

II
25

Εγώ δὲ καταπλασμένη φυσισίῳ
Εσκε, ό γε κροκότον ήμοργεμένη
Δρυδες, μηνοροέντες περιστάλιον μέλθε,
Παιζόντες, δύπισιν αὖ πεπλάσθοιμεν αὐτῶν πάντα
Πλεοντα. Μέσου δεῦρ' οτιότε τοιούτοις σόμα,
Μελύδριον διρήσου περιτάνιον ιωνικῶν.

Iam in iis quae sequuntur, Græca planè omnia nec
eo modo quod virentem Chiam dicit, id est, χρυσόν
καὶ ἀβύσσον: sed multo etiam magis, quod Amoretus
in pulchritus illius genis excubare. Sumpit autem
è grauissimo poëta Sophocle, apud quem ita in
gona canit Chorus:

Ἐρως αἰνιστε μάχαν,
Ἐρως, οὐτε εἰ κτήμασι τίπτεις,
οὐτε εἰ μαλαγμοῖς παρξαῖς
νεκριδίᾳ ἐννυχλεῖς.

Hoc certè quidam, si viueret, aut sibi subreptum
aut sibi alicubi in via excidisse diceret.